478 in territorio Bujensi in turri campanaria ecclesiae vetustae S. Petri *del Carso.*

L·ARIO·L|*f*
MIL·PRAE|*t*
ANNOR·X|
C·ARIO·L|

Tommasini Istr. ms. p. 429, ed. p. 297 (inde Kandler n. 425).

479 *sulla via che da S. Giovanni di Salvore mette al castello di S. Pietro, che ne dista 2 m., in casa di campagna nella Franceschia.*

Q · RAGONIVS · L · F
ROM · TESTAMENT
FIERI · IVSSIT · SIBI · ET
L · RAGONIO · L · F · ROM · FR·TRI
L·RAGONIO·L·F·L·N·*f*·FR·TRIS

Kandler ms. ter et in Istria 1846, 117 et syll. n. 483. — 1 Q · RAGONTIVS ms. 2, ORAGONIVS ms. 3. — 2 TESTAMEN ms. 2. 3. — 4 ERAGONIO ms. 3. — FR · RI ms. 3. — 5 ERAGONIO ms. 3. — L ante N om. ms. 3. — F ante FRATRIS addidi.

480 ad scopulum Salboe prope lucos Idaliae versus Hemoniam FELIC.; in fundamentis ecclesiae S. Iohannis de Salvora apud Piranum SIEDER. GAMM.; Salboe in valvis australibus ecclesiae S. Iohannis SAN. 255; *alla punta di Salbore nella porta della ch. di S. Giovanni* MANUTIUS; Salvore in eccl. S. Iohannis TOMM.; Salvore in porta parva DELLA CROCE. — Tergeste REDIANUS LIL. SAN. 145, sed in serie ad agrum Tergestinum spectante. Inter urbanas COD. OTTOBON. Quirinio Altichieri domino lapidem dono datum esse ait KANDLER, nescio quo auctore et errore, opinor. Venetiis extare negat CICOGNA *atti dell' Inst.* VEN. 1855/6 p. 306.

P·TROSIVS·C·F
PORCIO
NAEVIA · P · F
QVARTA
TROSIA · C · F
TERTIA · V

Antiqui exemplum exhibent Felicianus Marc. n. 1, Ver. n. 30; Redianus f. 144′ Terg. n. 36; Sanutus f. 145′ Terg. n. 13, iterum f. 255; Valvassonius n. 12; Sieder n. 21; Gammarus f. 163′; Lilius f. 154 (inde per Langermannum male Reines. 16, 40); inde pendet etiam cod. Ottobon. 2015 f. 116. Denuo ex lapide Manutius in folio solitario inserto codici Alciati Vat. 5236 post f. 76, ubi subnotatur '1578. 5 (?) Giugno'. Item ex lapide Tommasini Istr. ms. p. 515, ed. p. 360 (inde della Croce p. 332 potius quam ex lapide); item Bartoli cod. Marcian. cl. X n. 219 f. II. A prioribus Carli 2, 260 et Kandler n. 484.

In vv. div. sequor Gamm. Valv. Lilium Manut. Tommasinium. — Anaglyphum depingit rudibus ductibus Manutius adscribens '*una capposanta* (?)'. — 2 PORCIO Red. San. Ott. Man. Tomm. Bart., PORTIO Fel. Valv. Sied. Gamm. Lil. Croce. — 3 NEVIA Red. Fel. San. 145 Valv. — 5 om. Bart. — TROSSIA Valv., TROSCIA Croce. — 6 TERCIA Valv. — Bartoli dat compendiis solutis.

481 basis magna, Pirani rep. in ecclesia antiqua S. Laurentii ad portum S. M. *della Rosa.* Nunc Tergeste in museo.

D M
L · PAPIVS
MARCELLINVS
V F *sibi e*T
genius lugens MV E *genius lugens*
SECV*ndina*E VXOR
LIB LIB *et po*ST EORVM *sic*
VET · L · P · IT

Descripsi. Ed. Kandler *espl.* n. 10 p. 2 et syll. n. 482.

V. 1 omisi. — 8 postea additus est; lege *vet(eranus) l(egionis) p(rimae) It(alicae).*

482 Isolae in ara maxima eccl. parochialis. Marmor est Humagense. '*Si ritiene collocatavi fin dalla costruzione della chiesa, che è dell' anno 1556*' KANDLER ms. Inter Tergestinas ANTIQUUS, sed in principio suburbanarum RED. Inter Aquileienses, sed in serie Histricarum CAPODAGLIO. Male Romae MUR.

T · CAESERNIO
MACEDONIS · L
EVCAERO · ANN · XXII
HELIX · PATER
FECIT

Antiqui exemplum proponunt Redianus f. 144 Terg. n. 30 (inde Gud. 353, 15); Sanutus f. 146′ Terg. n. 24; Valvassonius n. 15 (inde Mur. 1171, 6); Capodaglio n. 143 ex ms. antiquo. Ex lapide Kandler qui vidit Istr. 1846, 40, *iscr.* n. 485.

Vv. ad lapidem diviserunt Capodaglio et Kandlerus. — 1 CAESERNIVS Capod. — 2 MACEDO·L Capod. — 3 EVCERO Capod. — AN· Red. San. Valv. Capod. — 4 INFELIX Capod.

483 in Isola *verso il convento dei Serviti nel muro di una casa in luogo piuttosto eminente* GUERRA. 'In eodem oppido' (praecedit 'Histrie in Insula') BEMB. Inter Tergestinas PLERIQUE, sed inter suburbanas post Isolanam RED. Inter Aquileienses, sed in serie Histrica CAPODAGLIO.

M · SVRINVS · M · F
PVP

Servarunt Antiquus et Guerra. Illius exemplum habent Redianus f. 144 Terg. n. 31; Sanutus f. 146 Terg. n. 21; Valvassonius n. 14; Sieder n. 19; Gammarus f. 159; Lilius f. 153′; Bembus f. 55; Capodaglio n. 145 (inde Mur. 1750, 7 et Bertoli p. 419 n. 603) ex ms. antiquo. Guerra canonicus Cividalensis vidit a. 1745, quod exemplum Vincentius Toppi Utinensis misit Kandlero.

Vv. divisi ad Valv. Gamm. Lil. Capod. Guerr. — 1 SVPINVS Guerra. — M · F om. Bembus. — 2 PVB San. Guerra, PVR Sied. — MYSTER · M (scilicet titulus n. 504*a*) adhaesit apud Capod.

X. *Capodistria.*

Acc. *Lonche* et *Cernical.*

De antiquo Capodistriae nomine non satis constat. Nam quod Plinius (3, 19, 129) inter Parentium et Formionem (Risano) amnem in ora collocat *oppidum civium Romanorum Agidam* (ita libri scripti boni; *Aegidam* deteriores et editi), solent quidem referre ad Capodistriam confirmaruntque adeo titulis ficticiis n. 12* 13*; sed eodem iure verba referri possunt ad Cittanuova, Umagum, Isolam et tutius erit decantatam illam Aegidam in incerto relinquere. Certius eo referetur quod a Ravennate (4, 31. 5, 14) collocatur inter Piranum et Tergeste *Capris*, quamquam id nomen num ei quod nunc obtinet originem dederit, dubium est. Media aetate Latine dicebatur *Iustinopolis* videturque id nomen vere antiquum, derivatum scilicet ab imperatore Byzantio Iustino II (565—578). Nam prior eiusdem nominis imperator certe coloniam eo non deduxit, cum ea aetate Histriam constet fuisse sub Gothis (id quod colligitur cum ex Cassiodori var. 12, 22 tum ex Hierocle aliisque; cf. vol. 3 p. 280); contra Iustino secundo paruisse etiam Histriam praeterea confirmat titulus Tergestinus n. 694 anni 571 notatus consulatu Iustini (cf. Rossi inscr. chr. I p. XLIX). Denique ne ullum genus hic incertitudinis desit, ipsi tituli Capodistriae reperti magna ex parte videntur eo allati esse medio aevo, quo tempore oppidum florebat, ex ora vicina, ut similiter evenit Venetiis: ita titulum n. 32 (cf. add.) referre debuimus inter Polenses.